

desconocido, y oyó una voz tierna, pero llena de firmeza, que le decía:

—¿Me quieres por compañero de viaje?

—¿Cómo te llamas?

—Soy el deber!

—¡Oh! ¡ven! ¡ven! ¡Este es el nombre que mi madre me ha dicho!

Trascurridos algunos años regresó de su viage, virtuoso como siempre, el jóven de corazon puro y tierno, de alma generosa y de robusta voluntad. Llevaba á su madre, que le esperaba en su solitario hogar, la dicha de que debia colmar sus postreros dias.

(Traducido por J. M. R.)

(Rev. pop. tom. 6, pág. 319.)

¿QUE ES UN CURA?

(Concluye.)

No obstante, me apresuro á decirlo, la justicia lo exige; no sucede esto en todas partes, sino que por lo general se aprecia al cura párroco, y se le secunda en el bien que hace. Basta que pronuncie una palabra en favor de la Iglesia, de los pobres, de cualquier obra buena, para que sea oída su voz y encuentre simpatias en todos los corazones. No dudo que vosotros, queridos lectores, procuraréis hacer otro tanto. ¿Qué hay mas hermoso que una parroquia unida bajo la direccion de su Pastor? El Cura es el padre de todos; ¿por qué, pues, vivir en continuas discusiones? Disimulad ciertos insignificantes defectos, que las mas de las veces no son mas que aparentes; perdonádselos, si son reales, en gracia de los muchos sacrificios que continuamente tiene que hacer por vosotros. El Cura no es dueño de hacer y des-hacer lo que le parezca; tiene deberes terribles que cumplir.

Es el guardador de los divinos preceptos, y como tal, el encargado, en primer lugar, de cumplirlos, de cuidar que los demas los cumplan y de que nadie olvide sus obligaciones. Algunas veces se dice: "El señor cura hace mal en meterse en esto, y en defender aquello" ¿Os parece que esto depende de él? Si él no tuviese que mirar mas que á sus gustos y á sus intereses, de seguro guardaria silencio. ¿Creis acaso que no sufre al tener que contrariaros? Su alma, no hay que dudar, padece; pero la voz de Dios le grita. "Habla, habla, de lo contrario serás un cobarde, un prevaricador; salva á ese pueblo á pesar de él". Nada os costaria decir: "Ya que hay entre nosotros un hombre que sufre, alivíemole." Compadecedle pues; rodeadle de respeto y docilidad; sobre todo, el domingo no os olvidéis nunca de ir á juntar vuestras plegarias y oraciones con las suyas.

Vuestro párroco es vuestro mejor amigo. Os conoce bien á todos; á veces os conoce demasiado. Sabe todas las malas palabras que decís, todas las desconfianzas y todas las pequeñas malevolencias que alimentais hacia el; y esto no le priva de amaros y quereros bien. Por mas que hagais, y por mas que digais, es y será siempre vuestro mejor consejero. Cuando hayais sufrido muchos apuros y angustias; cuando os encontréis en la desgracia; cuando todos os hayan abandonado, hasta los que os habian inspirado el odio y la desconfianza; cuando se hayan cebado en vosotros las enfermedades y los desengaños, le encontrareis siempre dispuesto á asistirlos, á consolarlos, á llevaros la salvacion. Eso es un Cura.

(Id. Tom. 7, pag. 17 y 49)

COLECCION

DE

Documentos Eclesiásticos.

Responsable.--N. Parga.

Imp. de N. Parga.

Tom. I. Guadalajara, Diciembre 8 de 1876. Num. 19.

SECCION I.

Disposiciones generales de la Iglesia.

**Benedictus, Episcopus,
servus servorum Dei,
ad perpetuam rei memoriam.**

[Concluye.]

Quocirca dilecto Filio Nostro S. R. E. Cardinali, moderno Nostro, et pro tempore existenti Romani Pontificis in Urbe, ejusque Districtu Vicario in Spiritualibus Generali, earundem praesentium tenore committimus, et [mandamus, ut haec nostra Decreta atque Statuta, tam in omnibus ejusdem Almae Urbis Monasteriis, quae Regularium regimini subsunt, quam in aliis quibusque Regularium, aut saecularium Mulierum, aut puellarum Domibus, seu Collegiis, atque Conservatoriis, quibus unicus ordinarius Confessor á Superioribus deputari solet, in omnibus et per omnia, juxta earundem Litterarum praescriptum, exactissimi observari, et adimpleri faciat; ne forte audiri contingat, quod cum magna animi nostri molestia dictum aliquando

esse cognovimus, Apostolicas Constitutiones Romae quidem ferri, et publicari, sed eas minime in ipsa Urbe ad effectum perducere.

Eandem porro curam, et sollicitudinem injungimus, et mandamus Venerabilibus Fratibus Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, et Episcopis per omnes universi Orbis Ecclesias constitutis; quibus, ut satis perspectum putamus voluntatis nostrae studium, tam in eorum rationabilibus querelis, justisque petitionibus suscipiendis, quam in corrupteliis, quas irrepsisse judicaverint, eliminandis; idque non ex ingenio nostro quidquam statuendo, nec peregrinas novitates inducendo; sed veteres ut plurimum leges et regulas, vigili Praedecessorum nostrorum providentia jampridem constitutas, ut pristinum debitumque vigorem, et usum revocando: Ita eosdem meminisse volumus, proprium, zeli Pastoralis officium non in eo situm esse, ut adversus ea, quae contra leges fiunt, inutiliter deplorando declament; sed ut illa de medio tollere curent, adhibitis opportunis remediis in eum finem jam praestitutis; implorato etiam Apostolicae Sedis auxi-

lio, ubi, impedimentum aliquod eorum auctoritati, et legum executioni, afferri contingat, omnesque diligentias et curas, quas corrigendis abusibus ipsi fideliter impenderint, in irritum cedere videant.

Quoniam vero tam in superius allegato Clementis XI. Edicto, quam in Synodalibus plurium Episcoporum Constitutionibus statutum esse conspiciamus, ut quo tempore extraordinarius Confessor alicui Communitati deputatus ministerio suo fungitur, ordinarius Confessor nullum ipsi impedimentum afferre audeat, multoque minus praesumat per id temporis alicujus Monialis, sive Superiorissae, sive Novitiae, sive Conversae, neque demum alterius cujuscumque Personae intra septa Monasterii, aut piae Domus commorantis, Sacramentalem Confessionem audire; Nos id quoque approbatione nostra roborantes et confirmantes, statuimus et mandamus, ut Episcopi quidem, si de Monasteriis, aut Domibus eorum regimini subjectis agatur, Regulares autem Superiores, quod ad illas Communitates attinet, quibus ipsi praesunt, pro hujusmodi Legis implemento advigilent, et contravenientes meritis poenis coerceant, et afficiant.

Ac demum quibuscumque Confessariis extraordinariis, qui vel alicui Communitati generaliter, vel peculiariter alicui personae in Monasterio degenti, concessi, ac deputati fuerint, districte inhibemus, sub poenis adversus accedentes ad Monasteria Monialium, et

cum ipsis conversantes, praesertim Regulares, a Praedecessoribus Nostris quandocumque statutis [quas etiam praesentium vigore confirmamus, et innovamus], ne, postquam suum officium impleverint, ad idem Monasterium ulterius accedere, aut ullius generis commercium intra ipsum quomocumque continuare et fovere, etiam sub spiritualis causae, aut necessitatis obtentu et colore, audeant, aut praesumant.

Decernentes, ipsas praesentes Literas, atque omnia et singula in eis statuta atque praescripta, etiamsi quicumque in iisdem interesse habentes, seu habere, praetendentes, ad id vocati, et auditi non fuerint, nec praemissis consenserint, aut alterius cujuscumque generis defectus forsitan adversus eas objiciatur, semper et perpetuo valida, et efficacia esse et fore, et ab omnibus, ad quos spectat, atque in futurum spectabit, inviolabiliter etiam perpetuo observari. Sicque et non aliter in praemissis per quoscumque Judices Ordinarios, et Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, et Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium Congregationes ordinarias, aut peculiariter deputatas, aliosque Cardinales, etiam de Laterane Legatos, ac Vice Legatos, et Apostolicae Sedis Nuncios, judicari, et definiri debere: sublata eis, et eorum cuilibet aliter judicandi, definiendi, ac interpretandi facultate et auctoritate; atque irritum, et inane decernentes, quidquid secus a quoquam

scienter, vel ignoranter contingerit attentari.

Non obstantibus quibuscumque etiam Apostolicis, ac Universalibus, Provincialibus, et Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, et Ordinationibus, nec non quarumcumque Ecclesiarum, et Ordinum Regularium, seu Congregationum, aut Societatum, et Institutorum, etiam Sancti Joannis Hierosolymitani, aliorumque Militarium Ordinum, seu Monasteriorum Virorum, aut Monialium, aliorumque piarum Domuum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, usibus, et consuetudinibus etiam memorabilibus; Privilegiis quoque, exemptionibus, et Indultis, etiam in corpore juris clausis, aut Literis Apostolicis, cuilibet praemissorum, sub quibuscumque verborum tenoribus, et formis, etiam hic de necessitate exprimentis, ac cum quibusvis clausulis, et decretis, etiam irritantibus in genere, vel in specie, et derogatoriis derogatoriis quomodolibet in contrarium concessis, ac pluries confirmatis, approbatis, et innovatis; quibus omnibus, et singulis, ac vice dumtaxat, et ad praemissorum effectum, illis alias in suo robore permansuris, de Apostolicae potestatis plenitudine derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Volumus demum, ut earumdem praesentium Transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, et sigillo Personae in Ecclesiastica Dignitate constitutae

munitis, eadem prorsus fides, tam in judicio, quam extra illud, ubique locorum habeatur, quae ipsis praesentibus haberetur, si forent, exhibitae vel ostensae.

Nulli ergo omnino Hominum liceat paginam hanc nostrarum confirmationis, approbationis, innovationis, voluntatis, mandati, statuti, decreti et declarationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac beatorum Petri et Pauli Apostolorum ejus, se noverit incursurum.

Datum Romae, apud S. Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicae MDCCXLVIII, Nonis Augusti Pontificatus Nostri, Anno VIII.

D. Card. Passioneus.—J. Datarius. VISA DE CURIA.—J. C. Boschi.—J. B. Eugennius.—† Loco Plumbi

Registrata in Secretaria Brevium. Publicat. die 26 Augusti 1748.

LIBROS PROHIBIDOS.

Lo están por decreto de la S. Congregacion del Indice de 13 de marzo de 1865, los siguientes:

“El Imperio y el Clero mexicano” por el Abate Testory, Limosnero en jefe del ejército frances en México. México, 1865.

“Los museos de Italia”, precedidos de una disertacion sobre los orígenes

tradicionales de la pintura moderna, por Luis Viardot.—París, 1859.

“De la guerra y de los ejércitos permanentes,” por Patricio Larroque. París, 1864.

“Historia Eclesiástica, Schismatis inter Orientem et Occidentem. Auctore, Dr. A. Pichler.

“El último Papa”, por Luis Gualtieri.—Milán, 1864.

“Algunas reflexiones sobre la cuestion del día, acerca del Capellan mayor y Clero Palatino de Nápoles:” *et de genus similia.*

Ex Sacra Poenitentiaria.

La *Revista Eclesiástica*, (tomó 2.º página 325) de Puebla, publicó un decreto que expidió la Sagrada Penitenciaría el día 1.º de Junio de 1869, en el que, entre otras cosas, resuelve las dudas siguientes:

4.º ¿Si pueden ser absueltos, y con qué calidad, aquellos que adquirieron y están en posesion de los bienes eclesiásticos inmuebles enagenados por el gobierno?

R. Poenitentes, qui detinent hujusmodi bona non esse absolvendos, nisi prius loci Ordinario, aut aliis viris ecclesiasticis, ab ipso Ordinario pro sua prudentia per Dioecesim designandis, consignaverint syngrapham ab eis subscriptam, seu coram testibus subsignatam eidem Ordinario quamprimum transmitendam ac cautè in cancellaria dioecesana aut alibi custodiendam, quæ sequentibus obligationibus seu conditionibus se, suosque haeredes et sucesores subijcere declarent:

I. Retinendi eadem bona ad nutum

Ecclesiae, ejusque mandatis subinde parendi.

II. Conservandi ipsa bona, et rem utilem in eis gerendi.

III. Adimplendi pia onera eisdem bonis adnexa.

IV. Subveniendi ex fructibus ipsorum bonorum personis, seu Locis piis, ad quas de jure pertinent.

V. Monendi haeredes et sucesores per syngrapham subscriptam de hujusmodi obligationibus, ut et ipsi sciant ad quid teneantur.

5.º ¿Si pueden ser absueltos y bajo qué condicion aquellos que adquirieron bienes eclesiásticos inmuebles y despues los vendieron á otros, y aquellos que cooperaron á los contratos sobre dichos bienes?

R. Affirmativè, deposito lucro exinde injustè percepto in manibus Ordinarii, ad effectum illud conservandi favore Locorum piorum, quae damna passa sunt, reparato scandalo monitis novis emptoribus, aliisque complicitibus, ut propriae consulant conscientiae, et imposita singulis obligatione standi mandatis S. Sedis de super ferendis.

6.º ¿Si pueden ser absueltos y bajo qué condicion aquellos que adquirieron bienes muebles eclesiásticos?

R. Affirmativè, imposita illis aliqua eleemosyna favore Locorum piorum, ad quae dicta bona pertinebant, quatenus emerint pretio, quod judicio Ordinarii seu confessarii fuerit minus justo. At, si agatur de rebus quae non sunt usu consumptibiles, seu quae servando servari possint, aut de suppellectilibus, et vasis sacris, imponatur poenitentibus obligatio quamprimum recurring ad loci Ordinarium ad hoc, ut super iisdem rebus provideat juxta indultum ipsi Ordinario jam á S. Poenitentiaria concessum.

7.º ¿Si pueden ser absueltos y bajo qué condicion los que han tomado en arrendamiento los bienes eclesiásticos, ocupados ó enajenados por el gobierno?

R. Affirmativè, imposita poenitentibus obligatione quam primum recurring ad loci Ordinarium ad hoc, ut super bonis conductis provideat juxta indultum ipso Ordinario jam pariter á S. Poenitentiaria concessum.

8.º ¿Si pueden ser absueltos y bajo qué condicion los que tomaron bienes eclesiásticos en enfiteusis de manos del gobierno?

R. Hujusmodi poenitentes non esse absolvendos, nisi prius Ordinarii loci, seu aliis viris ecclesiasticis, ut supra in dubio 4. ab Ordinario designandis syngrapham consignaverint, quæ declarent, se suosque haeredes et sucesores subijcere sequentibus obligationibus seu conditionibus:

I. Conservandi eadem bona, et in eis rem utilem gerendi.

II. Non utendi quocumque privilegio, et lege sive lata sive ferenda quoad canonis affraccationem.

III. Retinendi ipsa bona ad nutum Ecclesiae, ejusque mandatis subinde ferendis quoad eorundem bonorum restitutionem.

IV. Adimplendi pia onera, quas eisdem bonis sint adnexa quatenus aliunde non adimpleantur.

V. Solvendi interim annum Canonem illumque augendi ad tramites justitiae, et juxta aestimationem peritorum timoratae conscientiae, si nimis tenuis in stipulatione contractus impositus fuerit.

VI. Monendi haeredes et sucesores de hujusmodi obligationibus per syngrapham, ut et ipsi sciant ad quid teneantur.

9.º ¿Si pueden ser absueltos y bajo qué condicion, aquellos que no solamente tomaron bienes eclesiásticos en enfi-

teucis de manos del gobierno, sino que aun ya los redimieron?

R. Hujusmodi poenitentibus providendum prout in superiori responso ad dubium sub número 4.

10.º ¿Si pueden ser absueltos y bajo qué condiciones, los que hayan redimido censos y otros derechos eclesiásticos que sean por su naturaleza redimibles?

R. Affirmativè, dummodo prius in manibus Ordinarii erogent quidquid minus de capitali summa gubernio persolverint, ad effectum illud conservandi favore locorum piorum ad quos census, seu jura redempta pertinebant.

11.º ¿Si puede absolverse y bajo qué condicion, á los que han redimido censos enfiteucis, prestaciones ó cualquier otros derechos eclesiásticos irredimibles por su naturaleza?

R. Posse absolvi, dummodo prius, prout in responso ad dubium sub número 4 syngrapham consignaverint, quæ declarent se suosque sucesores subijcere sequentibus obligationibus et conditionibus.

I. Retinendi fundos sic invalidè affraccatos ad nutum Ecclesiae, ejusque mandatis subinde parendi.

II. Conservandi eosdem fundos, et rem utilem in eis gerendi.

III. Servandi idemnia quocumque tempore loca pia super integra perceptio-
ne Canonis, libelli, ac praestationis, ac super quibusvis aliis juribus, quae ad ipsa loca pia exinde spectabant; necnon adimplendi prout de jure pia onera fundis anexa, quatenus aliunde non adimpleantur.

IV. Monendi haeredes et sucesores per syngrapham subscriptam de hujusmodi obligationibus, ut et ipsi sciant, ad quid teneantur.

Dado en Roma, en la Sagrada Penitenciaría, el 1.º de Junio de 1869.—ANTONIO MARÍA, *Cardenal*.—PANEbianco, *Pe-*